

SCHEDIASMA IVRIDICVM INAVGVRALE
DE
FUNDAMENTO
PRAEIVDICIORVM

QVOD
VNA CVM COROLLARIIS EX VNIVERSO IVRE
PRAESIDE DEO TRIVNO
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS

IN
ACADEMIA LVDOVICIANA
PRO
LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE OBTINENDI

AD DIEM XXIX. IAN. CICDCCCLXVII.
PVBLCAE EXCELLENTISSIMORVM ACADEMIAE
PROCERVM CENSVRAE
SVBMITTIT

IOANNES THOMAS
MATHIOWITZ
WETZLARIENSIS.

GISSAE,
EX OFFICINA BRAVNIANA

SCHENDELSWA ILIUSCIA IN VAGABALLE

DE

PRAEVIDICIORVM EVANGELIAMENTO

600

AN CVM COROLLARIS EX UNIVERSO TERRÆ
PARVISSIMÆ DEO TITIANO

EX DECERETO

ETATIS IN INTEGRA LIBERTATE SEDIMENTIS
ACCORDANTIA TUTOCITIA

600

ARTE GEMINATA
SUMMA ET ALIO A NITRORIBUS
ET MATERIALE MATERIALE

600

AD QM XXXX IN CINCICCIARIA
HABEAT ET HABETUR MATERIA MATERIA

600

OMNIS HOMINIS
EST TUTOCITIA

600

EMINENTISSIMO
AC
C E L S I S S I M O
P R I N C I P I
AC
D O M I N O
DOM. EMERICO IOSEPHO
S. SEDIS MOGVNTINAE
A R C H I - E P I S C O P O
SACRI ROM. IMPERII
PER
G E R M A N I A M
A R C H I - C A N C E L L A R I O
ET
P R I N C I P I E L E C T O R I
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

EMPEROR
AD
CELESTINE
PRINCIPAL
AD
DOMINO
DOM. EMERICO JOSEPHO
ARCHI-EPISCOPO
SICULI ROMA IMPERII
GERMANIA
ARCHI-CANCELLARIO
ET
PRINCIPAL ELECTORI
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

EMINENTISSIME
AC
CELSISSIME

PRINCEPS ELECTOR

DOMINE DOMINE
CLEMENTISSIME!

EMINENTISSIME

AC

CELSISSIME

DOMINIS IVT

Primitiae hae Academicae Celsissimo Nomine
tvo (veniam dabis EMINENTISSIME
PRINCEPS ELECTOR) insignitae super-
biunt,

biunt, ne gratitudini, ne subiectioni, ne summae
illi deuotioni in te debitae praejudicarem, qua
omnigenam felicitatem, annos Nestoreos, Regi-
men coeli benedictionibus praeuentum ardentissi-
mis votis appreco, ad gratiam tuam cum meis
aspiro & dum spiro spero

EMINENTISSIMI
AC
CELSISSIMI
NOMINIS TVI

P
Johannes Thomas Mathiowitz
SERVORVM INFIMVS
IOANNES THOMAS MATHIOWITZ
WETZLARIENSIS.



...ribibis illerem... datus. Vnde iudicium coniunctum ab aliis
et omnis eis coniunctio xiv. et ceterorum
dum non erit. sicutque duobus menses & eius
FVNDAMENTO PRAEIVDICIORVM.

§. I.

 *Praeiusicia seu clariss. praeiudicata ex
lege 38. ff. de LL. descendunt: ibi:
nam Imperator noster SEVERVS rescri-
psit, in ambiguitatibus, quae ex le-
gibus proficiuntur, confuerudinem
aut rerum perpetuo similiter iudicata-
rum auctoritatem vim legis obtinere
debere. Praeiusidicium dicebant Romani quasi praeiu-
dicatum. Praeiusidicatum autem est prius iudicatum,
quemadmodum praeiusidicare prius indicare.* CICERO
lib.



lib. 5. epist. ad BRVTVM: *Quod enim senatus nondum censuit, nec populus romanus ius sit, id arroganter non praeiudico, nec reuoco ad arbitrium meum.* Adde, si placet, IAC. RAEWARD. lib. II. de praeiudicis. Oper. Tom. II. pag. 811. seqq. ERN. TENZEL. progr. de praeiudicis & IO. WOLFF. de eo quod iustum est circa praeiudicia iudicialia. Alt. 1728.

§. II.

Abusus tanta Praejudiciis sensim sine sensu addidit incrementa, ut vix opinio iuris non sine summo veritatis & legum praeiudicio reperienda, quae non sub clypeo Praejudicii in foro audacter pugnat, & non raro de legibus ipsis triumphat, inde est trium illud: Nulla tam absurdula facile reperitur sententia, quae suum non inveniat basiatorem, addo, *Praejudicium.* Praejudicia dari contra praeiudicia, testantur monita & querelae recessu, quos inter solum nouissimum § 136 allegasse sufficiat. Si exempla scire cupis, euolue modo HIER. de CAEVALLOS *speculum aureum communium opinionum contra communes & BARTHII dissensus in praxi.* Spectant huc etiam HERTELII, Antecessoris olim Ienensis, ridiculo titulo inscripti libri, die politische Schnupftobacksdose, die politische Thee- und Coffetassen, der politische Nachtisch, elapso anno Ienae iterum recusi.

§. III.



9

§. III.

Sunt, qui tempora AVGVSTI reuocant, responsis, decisionibus, consultis, aliisque DDrum opinionibus, si non auctoritatem legis, saltem vim Praediui-dicij adscribentes, adeo ut Cl. BOEHMER in Tom. 2. part. 1. Consult. in praefat. pag. 17. iam conquestus sit: arbitrium legum tradi ac assignari aduocatis, iudicibus, collegiis, si non, quod leges præcipiant, agant, velint, iubeant, inspiciendum, sed id potius, quod practicis placeat, legum vigorem habeat in Ger-mania.

§. IV.


Sunt & alii, qui ad alterum extreum prolapseri, vix omnem præiudiciorum usum negant. At cum, manente usu, abusum tolli oporteat, quid hac de re sentiam, quae ad præiudicia requiram, & in quo funda-menta eorum statuam, breuiter dabunt sequentia.

§. V.

Si CICERO in Clientiana recte dixit: *ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus ut nenuis & sanguine & membris uti non potest. Legum ministri magistratus, legum interpres indices, legum denique omnes idcirco serui sumus, ut liberi esse possimus.*

B

Si



Si verum, quod CAROLVS M. apud BALVZIVM
TOMI. I. pag. 370. cap. 26. statuit, ut iudices secundum
legem scriptam iuste iudicent, non secundum arbitrium
suum. Si placita legis 13. Cod. de sent & interloc. non
exemplis, sed legibus iudicandum esse, in Germania ob-
tinent, non errauerio, si vnicam iudiciorum normam
in ipsis solum legibus consistere affirmem.

§. VI.

Lex itaque, cum sit vnicam iudiciorum norma;
idem vero sit, an legislator expresse, an tacite suam
voluntatem declarat arg. l. 32. § 1. ff. de LL. quid ve-
tat, & consuetudinem seu ius non scriptum tanquam
normam iudiciorum habere?

§. VII.

Consuetudinem si tibi fingas in actibus iudiciali-
bus quoad materialia causae, circa thesin iuris, id est,
si fingas quaestionem iuris dubii per repetita iudicata
vniformiter, rationabiliter, libere, publice, & ex
opinione necessitatis decisam, recte infers: *non esse*
recedendum ab eo, quod contradictorio iudicio firmatum
l. 34. ff. de LL. *quod per multos annos obseruatum, re-*
rumque perpetuo iudicatarum auctoritate fulcitum est,
l. 35. 37. & 38. ff. de LL. *quod diu aequum visum est,*
l. 2. ff. de Confit. Ppum. *quod interpretationem semper*
cer-



II

certam habuit l. 23. ff. de LL. & haec illatio praeiudicium tibi dabit.

§. VIII.

Requisita *praeiudicij* ergo ex consuetudine metienda sunt. Quae cum §. *praecedente* breuiter allata, & ne in iisdem recensendis aut explicandis longior fiam, ea, quae DECKHERR in *vindiciis ad Tit. 2.* attulit, mea facio, unicum hoc addens, *rationalabilitatem praeiudicij* tum abesse, si res iudicatae legibus & solidae iuris rationi repugnant, tum enim subintrat l. 39. ff. de LL. id quod per errorern primum receptum, deinde consuetudine obtinutum, in aliis similibus imposteriorum obtinere non debere.

§. IX.

Leges scire, non est verba tenere sed vim & potestatem eorum. l. 17. ff. de LL. Vis autem & potestas in enucleanda legislatoris voluntate seu ratione legis consistit l. 19. § 1. ff. Et Scimus Trebell. Inde est, quod iurisprudentia absque habitu interpretandi nec definiri nec concipi possit.

§. X.

Nouum & alterum itaque *praeiudiciorum* fundamentum substituit interpretatio. Quod enim ab integrando

B 2

tegro



tegno quodam iustitiae collegio circa dubium legis sensum interpretatiue eum in finem deciditur, ut futuris casibus norma sit, illud interpretationem *authenticam*, alias *visualen*, dictam per leg. fin. *Cod. de leg. & constit. iuncta lege 32. ff. de LL.* appello.

§. XI.

Differentia nihilominus inter *praeiudicia ex consuetudine* descendantia, & inter *praeiudicia interpretationem authenticam* pro fundamento habentia, in eo se satis exserit, quod *haec ex uno* resulant iudicato, *illa repetitas* similes sententias supponant; *haec* in *Dicasterio* non nisi per *vnanimia*, *illa* vero votis *maioribus* praeponderantibus etiam euenire possint.

§. XII.

Ex duplice supra dato *praeiudiciorum* fundamento sequentia necessario fluunt conjectaria:

a) *Praeiudicia* circumscribi posse, quod sint *res iudicatae*, *quatenus vi consuetudinis vel interpretationis authenticae similibus causis* decidendis adhibeantur, *ut dubio, vel deficienti legi, obueniatur.*

§. XIII.

b) *Absurdum esse, collectas decisiones, responsa, consultationes, observationes pro praeiudiciis allegare & laudare.* Tales sententias enim in similibus *Ictus* non ideo, quia sic *decisum, iudicatum, sed quia ius & ratio*



ratio ita decidendum esse suadet, probat. PET. SVRD.
conf. 301. sub num. 31. Neutrum enim horum ad
consuetudinem, neutrum ad interpretationem au-
thenticam qualificatum deprehendo.

§. XIV.

c) Periculorum esse, in *praeiudicio consuetudinem*
pro fundamento habente se fundare. Vniformitas
casus ex rationibus decidendi, in archiuis & repositura
sepultis, vix ac ne vix quidem alleganda. Si vero casus
decifus a casu *decidendo* vel in minimo differat, allegatum
praeiudicium nil releuat. LAVTERBACH. Coll. Theor.
Pract. Lib. 1. Tit. 3. §. 48. confer. Perill. L. B. de
CRAMER in den Beyträgen P. 3. n. 26. von zu beobach-
tender Gleichheit in iudicando.

§. XV.

d) *Praeiudicium* nomen *praeiudicii* non mereri,
quod fors aequitatem *prae* se habere videatur, caete-
roquin *legem claram* euertit. Tunc enim si ex *conse-
tudine* ortum trahit, obstat, l. 2. Cod. quae sit longa
consuet. & l. 14. ff. de LL. & si ex *interpretatione*, re-
geritur: *in claris officium interpretis cessare* per l. 12. § 1.
in fine ff. qui & a quibus manumiss.

§. XVI.

e) *Praeiudicium* limites fori & iudicij, in quo
enatum, non egredi. BOEHMER in *introd. in Ius Dig.*
Lib. 1. Tit. 1. §. 2. Quaestionem an a *praeiudicilio* su-
perio-



periorum iudiciorum inferioribus facile sit recedendum?
cum LAVTERBACH Loc. cit. ex ratione legis 38. ff.
de LL. & l. fin. Cod. de LL. & confit. Ppum, negandam
puto.

§. XVII.

Quae supra in genere exposui, eadem & sunt
summorum imperii tribunalium praeiudiciorum funda-
menta & conlectaria. Interpretationem quod attinet,
constat ex R. I. N. §. 136. quod Dni Assessores mone-
antur, contraria praeiudicia euitare & de certo sensu
legis dubiae in pleno inter se conuenire, quod & in
R. D. 1557. §. 2. Conc. O. Can. Part. 2. Tit. 38. §. 1. haud
obscure statutum lego: wo künftig einiger zweifelhafti-
ger Verstand in dieser C. G. O. nicht den Proceß. sondern
articulos decisivos anlangend oder sonst in des Heil. Röm.
Reichs constitutionibus iezunder wäre, oder sich künf-
tiglich zutrüge, dessen sich C. R. und B. in pleno consilio
gemeinen Rechten nach nicht vergleichen könnten *¶c.*
Clarius adhuc rem explicat R. I. de anno 1570. §. 77.
soll das C. G. diejenige opiniones, die bey den Rechtsge-
lehrten ganz streitig, aber etwa in relationibus causarum,
mit Approbation des ganzen Raths angenommen
werden, mit Fleiß colligiren *¶c.* . . . immittels solchen
vergleichenen Puncten sich in decernendo processus &
decidendo causas gemäß verhalten. Rem omnem
egregie exposuit Ill. RÜTTERVS in diff. de iure & of-
ficio



ficio summorum imperii tribunalium circa interpretationem legum imperii. Götting. 1758.

§. XVIII.

Quemadmodum nunc ex praemissis vis interpretationis authenticae *in pleno*, *in approbatione totius collegii* resideat, consequens est 1) quod nec praeiudicium sequendum, neque adeo nomen *praeiudicij cameralis* mereatur, nisi, quod *concluso collegii* approbatum. Perill. L. B. de CRAMER System. Proces. Imp. Seet. 1. Tit. 2. §. 29. 2) Quod aliorum singulorum senatum alter alteri nil praeiudicij efficere possit. PÜTTER introd. in rem iudic. imp. pag. 435.

§. XIX.

Cum praeterea in passibus §. 17. allatis augusti^f sano tribunali facultas concedatur etiam de *dubio constitutionum & legum imperii sensu*: in verbis *einiger zweifelhaftiger Verstand in des H. R. Reichs constitutio-* nibus &c. *in pleno conueniendi*, *concludo inde*, tunc demum contra *Inst. Pacis Art. 5. §. 56. 3^o Capit. Novis.* art. 2. §. 5. impingi, quando *Camerales* de certo sensu inter se conuenire nequeunt. Secus si partes, vel vna tantum, sensum legis imperii in dubium vocant, Cameralibus vero ille dubius non videtur. L. B. de CRAMER loc. cit. §. 23. & 24. Quo ultimo casu & *praeiudicia* nasci, quis inficiabitur?

§. XX.



§. XX.

Confuetudinem ceu alterum praeiudiciorum fundamen-
tum etiam a Camera circa praeiudicia attenden-
dam esse affirmo ex *O. Cam. Part. I. Tit. 13. §. 1. Conc. O.C.*
P. 1. Tit. 19. princ. Ord. Iud. Imp. aul. Tit. 1. §. 15. &
reliquis (§. 7.) supra citatis legibus. Quanquam lu-
bens insuper concedam, sine inspectione actorum si-
militudinem caussae, casus, & rationum non pon-
derandam esse & sic per necessariam consequentiam
talia praeiudicia fidei dubiae existere, nec tuto esse
alleganda, nec crude sequenda.

§. XXL

Recessus denique *Deputat.* de anno 1600. §. 15. &
Rec. I. N. §. 137. analogia eandem iuri scripto quam
non scripto vim tribuens, nec non *lex. 12. Cod. de LL.*
& *const. Ppum* pro coronide hanc suggestur conclusionem:
praeiudicia summorum imperii tribunalium ab
inferioribus germaniae iudiciis pro norma esse obser-
vanda. Et haec sunt, quae dissertationis loco saltē
per schema quoddam adumbrare me tem-
poris iussit angustia,

TANTVM.

COR.



COROLLARIA.

EX VNIVERSO IVRE.

EX IVRE NATVRALI.

Principium Iuris naturae in essendo in voluntate
Dei, in cognoscendo in vera hominis felicitate
consistit.

EX IVRE LATITIO.

Testamentum de iure naturae non datur.


EX IVRE CANONICO.

Concordatis nec summus Pontifex, nec natio
Germanica derogare potest.

Contra Concordata est, asserere, Bullas PII
V. & GREGORII IX. in Germania non obligare.

EX IVRE CIVILI.

Axioma: Priuilegiatus contra aequa priuilegia-
tum non vtitur priuilegio, sed iure communi, pro
regula falsum, & huic substituenda regula: in
C Con-



concursu aequi priuilegiatorum melior est causa possidentis.

Transactio nec ob laesionem, vt aiunt, enor-
missimam rescindenda est.

Superueniens mala fides non impedit Publi-
cianam.

Actiones personales lapsu 30. annorum pre-
scribuntur, licet debitor sciat se esse debitorem.

Bonae fidei possessor fructus consumtos facit
fuos, licet locupletior exinde sit factus.

EX IVRE PVBLICO.

Imperium Rom. Germanicum est vera Mo-
narchia sed limitata.

Elector Moguntinus est Camerae Imperialis
Contiſtitutor perpetuus.

EX IVRE FEVDALI.

Agnatis feudum ex pacto & prouidentia ma-
iorum absque agnatorum consensu alienatum reu-
cantibus non obstat praescriptio.

Legitimati per subsequens matrimonium suc-
cedunt in feudis.

EX



EX IVRE CRIMINALI.

Conuictus de crimine citra confessionem ordinaria poena afficiendus est.

Poena mortis in feripetas statuta neutquam iusta dicenda.

EX IVRE GERMANICO.

Homo proprius in dubio praesumitur ad operas indeterminatas obligatus.


Ex pacto nudo datur hodie conditio ex moribus.

Nobilitati Equestri competit ius retractus in bonis matriculae Equestri inscriptis, extra Ordinem Equestrem alienatis.

EX IVRE CAMERALI.

Iurisdictio Camerae etiam in Personas Ecclesiasticas fundata est, si via facti, non iuris, procedant, & perinde est, an via facti ansam habeat ex materia ciuili, an canonica.

Non obstante Priuilegio de non appellando per querelam nullitatis recursus ad summa Imperii Tribunalia licitus est.



EX THEORIA PROCESSVS.

Processus summarius male explicatur per id,
vbi iudex de plano procedit.

In Possessorio summario nec articuli probato-
riales, bene autem interrogatoria, reiicienda.

EX IURIS CIVITATICO



EX

Imaginatio Curiae cum in Territorio Imperii
juris summa est, si sit regia, non iuri, praecipue
in regno, ne sit regia, sicut pars imperii
sit curia, ac corporis.
Non officia Territoria ab non secessant
incuria, etiamque Territoria, etiamque Territoria
de curia, de corporis.

EX

C

Giesen, Diss., 1766-70

X 2396520

V ①

18

ULB Halle
007 662 912

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
Centimetres

SCHEDIASMA IVRIDICVM INAVGVRALE
DE
**FUNDAMENTO
PRAEIVDICIORVM**

QVOD

VNA CVM COROLLARIIS EX VNIVERSO IVRE
PRAESIDE DEO TRIVNO
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

ACADEMIA LVDOVICIANA
IN
PRO

LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE OBTINENDI

AD DIEM XXIX. IAN. CIOIOCCCLXVII.

PUBLICAE EXCELLENTISSIMORVM ACADEMIAE
PROCRVM CENSVRAE
SUBMITTIT

**IOANNES THOMAS
MATHIOWITZ**

WETZLARIENSIS.

*GISSAE,
EX OFFICINA BRAVNIANA*

